Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift



si aliqua una intellectualis anima modo quodā ineffabili & singulari pro multorum salute suscepta ē. Corpus uero animę co herere ut homo totus plenusq; sit. natura ipsa nr̄a teste cognos cimus. Qd̄ nisi usitatissimum eēt. hoc profecto eēt incredibilius.

Facilius quippe in fidē recipiendū est. & si humanum diuino. & si mutabile incōmutabili. tam̄ spm̄ spūi. aut ut uerbis utar q̄ve in usu habetis corporeum in corporeo. quam corpus in corporeo coherere.

An forte uos offendit inusitat' corporis partus ex uirgine. Neq; hoc debet offendere. immo potius ad pietatem suscipiendā debet ad ducere. qd̄ mirabilis mirabilit̄ natus ē. An uero qd̄ ipsum corp' morte depositum & in melius resurrectione mutatum. iam n̄ cor ruptibile neq; mortale in supna subuexit. Hoc fortasse credere recusatis. intuentes porphyrium in his ipsis libris ex quib' multa posui quos de regressu animę scripsit tam crebro p̄cipere omne corpus esse fugiendū. ut anima possit beata p̄manere cum dō.

S; ipse potius ista sententia corrigendus fuit. p̄sertim cum de ani ma mundi huius uisibilis & tam ingentis corporeę molis cum illo tamen incredibilia sapiatis. Platone quippe auctore animal eē dicitis mundū. & animal beatissimum. qd̄ uultis eē etiā sempi ternum. Quo modo g̊ nec umquā soluetur a corpore. nec umq̄m carebit beatitudine. si ut beata sit anima corpus ē omne fugiendū.

Solem quoq; istum & cęta sydera non solū in libris ur̄is corpora esse fatemini. qd̄ uobiscum omnes homines & conspicere non cuntantur & dicere. uerum etiam altiore ut putatis pericia hec esse animalia beatissima p̄hibetis. & cum his corporib' sempi terna. Quid ergo ē quod cum uob' fides xp̄iana suadeatur. tc̄ obliuiscimini aut ignorare uos fingitis. quicq̄d docere aut dis putare soleatis. Quid cause ē. cur ,ppt̄ opiniones ur̄as quas uos ipsi oppugnatis xp̄iani eē nolitis. nisi qd̄ xp̄c humilit̄ uenit. & uos sup̄bi estis. Qualia sc̄ōr̄ corpora in resurrectione futura sint. potest aliq̄n̄ lo scrupulosius inter xp̄ianos scripturarū doctissi mos disputari. futura tamen sempiterna minime dubitamus. & talia futura quale sua resurrectione xp̄c demonstrauit ex emplū. S; qualia cumq; sint. cum incorruptibilia ,prsus & in mortalia. nichiloq; animę contemplationē qua in dm̄ fingitur impedientia p̄dicentur. uosq; dicatis eē in cęlestib' in mortalia corpora in mortaliter beatorum. quid ē qd̄ ut beati simus omne cor pus fugiendū eē opinamini ut fidē xp̄ianā quasi rationabiliter